

Universitätsbibliothek Paderborn

**Horologivm Sacerdotale Sacerdotibus tam Ecclesiasticis,
quàm Religiosis, præsertim Neomystis Ordinem diei, &
praxes indicans Opera quotidiana exactè, sanctéque
obeundi**

Dirckinck, Johann

Coloniæ, 1690

II. Testimonium Filij Dei.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50863](#)

dilecti in sacra Eucharistia, ut hoc admirabile Trinitatis inventum, hoc saluberrimum Deitatis consilium, hoc ineffabile Amoris mysterium, hoc Omnipotenti prodigium, Sapientiae arcanum, Bonitatis abyssum, vivacissime credam, firmissime sperem, ardentissime concupiscam & omnini honore & cultu possibili diligentissime prosequar. Corrobora animae meae facultates in tuo servitio, & gratiam tuam mihi affiste, ut Filium tuum assidue audiam, eum cum amore suscipiam, velut Magistrum auscultem, velut Ducem sequar, nec desistam, donec assequar. Amen.

II. Testimonium Filij Dei.

TU quoque, Fili Dei, testimonium dare soles praesentiæ tuæ, sacram Synaxin adeungi, dum Sapientiam tuam infinitam eum illustras, agenda edoces, renovasque hic testimonium, à te olim in terris degente de temetipso datum: *Ego sum via, veritas & vita. Ego sum via per quam ad perfectionem & ad cœlum ambulandum est, ne aberretur. Ego sum veritas, cui credendum est, ut solatium & quies inveniatur. Ego sum vita æterna, quæ speranda &*

pro



admis
uberi
effabile
potentie
onitatis
nissime
& om-
tissime
e facul-
â mihi
udiam,
Magi-
separ-
nen.
um da-
Synaxis
itâ eum
que hic
degen-
verita-
I perfe-
um est,
creden-
enator,
anda &
pro-

procuranda est , ut beatitudo obtineatur,
O Jesu! esto mihi in hac Communione
sacra, Via, veritas & vita : esto mihi via,
per quam ambulem : esto mihi veritas in
qua requiescam : esto mihi vita & beati-
do in qua æternum gaudem. Amen.

III. Testimonium Spiritus sancti.

ET tu Divine Spiritus , in animam in-
gressus, Bonitate tuâ testimonium das
presentiæ tuæ : nunc enim tanquam co-
lumba innocentia & puritate, quam effi-
cis, ac gemitibus, sensisque teneris excita-
testimonium præbes : nunc tanquam
ignis ferventibus amoris ac zeli affectibus
accensis & te Dei Filium intimè in anima
presentem esse attestaris. O Sancte Spi-
ritus ostende nunc obsecro in me signa tuæ
presentiæ : velut columba innocentia &
puritate mentem exorna : gemitus , te-
nerosique sensus in me excita ; ac velut in-
flame activitatis ignis ardore charitatis &
animarum zelo me totum inflamma. Tri-
enim testimonium unum est, tendens
ad unionem charitatis inter Deum & Ho-
minem , ut per intimam familiaritatem
nos fiant spiritus. O fiat ! fiat !

IV. Testi-